AD II. VESPERAS.

Omnia ut ad ij. Vesperas Festi, pag. 366. et seqq., servato modo diei Octavæ Solemnis.

DIE XVI. DECEMBRIS.

B. SEBASTIANI MAGGII CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

Deus, qui beátum Sebastiánum, Confessórem tuum, reguláris disciplínæ et evangélicæ perfectiónis singulári stúdio mirábilem effecísti : concéde propítius ut ejus imitatióne carne mortificáti, et vivificáti spíritu ✠ ætérna præmia consequámur : Per.

DIE XVIII. DECEMBRIS.

IN EXSPECTATIONE PARTUS B. M. V.

TOTUM DUPLEX.

Omnia ut in festo Annuntiationis, die xxv. Martii.

In utrisque Vesperis, ad Memoriam de Adventu, dicatur ℣. Ex Sion spécies decóris ejus. ℟. Deus noster maniféste véniet.

DIE XX. DECEMBRIS.

S. DOMINICI ABBATIS SYLENSIS.

DUPLEX. Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui præcláris vitæ méritis decorásti ✠ et in liberándis captívis gloriósis lætificásti miráculis : concéde nobis fámulis tuis ut et ipsíus instruámur exémplis ✠ et ab omni vitiórum servitúte ejus patrocínio liberémur : Per.

DIE XXI. DECEMBRIS.

S. THOMÆ APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

Omnia de Communi Apostolorum, præter Ant. ad Magnificat in j. Vesperis et Orationem.